Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



illi scos eius qui ordinauerit testamentum eius sup sacrificia. Alia V
letamur simul in hymnis q̃ dicta sunt mi in domum
dni ibimus. Lucan. 21.
In illo tc. D.i.d. sunt
Erunt signa in sole
et luna et stellis et in
terris pressura gentium: pre cõfusione so
nitus maris et fluctuum arescentibus hominibus p̃ timore et expectatione que superuenient orbi. Nam
virtutes celorum mouebuntur. Et tunc videbunt
filium hominis venientem in nube cum potestate multa
et maiestate. Hy
at fieri incipientibus
respicite et leuate capita vestra: quia appropinquat redemptio vestra.
Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam
et omnes arbores. Cum
producunt iam ex se fructum: scitis quia prope est
estas. Ita et vos cum
videritis hec fieri scitote quia prope est regnum
dei. Amen dico vobis
quia non p̃teribit gene
ratio hec donec omnia
fiant. Celum et terra
transibunt: verba autem mea non transibunt. Off.
Deus tu conuertens vi
uificabis nos et plebs
tua letabitur in te ostende
nobis dne misericordiam tuam et
salutare tuum da nobis.